



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Quomodo in gustu devotionis sensibilis nos habere debeamus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

*Quomodo in gustu devotionis sensibilis
nos habere debeamus.*

*Nolite
omni spi-
ritui cre-
dere, sed
probate
spiritus, si
ex Deo
sint*

1. Jac. 1. 4.

1. Pet. 4.

12.

AB.

AB.

AB.

AB.

AB.

AB.

EX his omnibus intelligere facile est, non esse credendum omni spiritui, uti monet S. Evangelista Joannes, neque absque magna ratione S. Petrum prohibere, ne leviter impetenti motu feramur in primos impetus subiti fervoris: *Nolite*, ait, *peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis sit*; ac si diceret, non solum examinandas hujusmodi devotiones sensibiles, ut videamus, an à Deo sint? verum etiam necesse esse in illis magnam procedere cum circumspectione. Monita hæc in genere, (supposito quod illæ devotiones à Deo sint) observanda sunt. 1. Ut cor nostrum magnam cum humilitate ac reverentia ad illas recipiendas aperiamus. 2. Ut nobis proponamus iis non uti, nisi eo fine, quo eas nobis Deus indulget. 3. Ut caveamus ne taliter tantaque cum voluptate illis immergamur, ut in gulam spiritualem incidamus. 4. Ut illas suaviter per intimos foveamus affectus, eas quantum quidem possibile fuerit, continendo in parte superiore, neque permittendo, si fieri potest, ut in inferiorem descendant. 5. Ut non contendamus formaliter & expresse elicere diversos actus, tales & tales, sed simpliciter sequamur ductum Spiritus sancti: non tamen oportet, ut illas sinamus evanescere, quin proponamus emendare in particulari aliquod vitium, quod animo tunc nostro infallibiliter obversabitur, cavendo nihilominus nimiam potentiarum activitatem, ne fortè nobis conciliemus capitis dolo-

dol
per
dor
cav
fide
illi
ut t
ut r
inte
gra
exa
die
riar
viti
deb
per
sim
fers
Sat
Ta
enc
ma
atq

I.

Et
du
tu
na
na
in

dolorem, qui uti ordinarius satis, ita valde est periculosus. 6. Agnoscendum nobis est, esse donum Dei, ut illi humillimas agamus grates, cavendumque, ne meritis, præparationi, aut fidelitati nostræ illas attribuamus, 7. Gustus illi interiores considerandi similiter nobis sunt, ut totidem amorosæ invitationes Dei, ad hoc, ut nos ei totaliter dedamus, magisque seriò interioribus vacemus exercitiis. De quibus grætiis honorificentissimisque invitationibus exactissimam reddere habebimus rationem in die iudicii, nisi illis obediamus. 8. Negligentiam atque ingritudinem nostram in Dei servitio ex illis interioribus gustibus dijudicare debemus; tunc enim, cum suavitatibus illis perfundimur, multò videbimus melius, quàm simus culpabiles in eo, quòd adeò negligenter servierimus Deo, qui fidelitatem maximorum Sanctorum fidelitati æqualem mereretur. Tandem veria nobis ab ipso petenda, concipiendumque propositum vitam ducendi novam, magisque mortificatam, exactam, recollectam atque exemplarem.

*Magni momenti monita circa gustum
devotionis sensibilis.*

I. **Q**ui naturæ sunt tenerioris ac sensibilibioris, hac viâ magnâ cum circumspeditione procedere debent, omninoque sequi ductum Patris Magistri aut Directoris spiritualis, alioquin timendum est, ne sicut ordinariè sunt suimetiporum amantiore, imaginationisque vivacioris ac genii inconstantis & inæqualis, ita in molestos incidant casus. Ete-

NB.

NB.

NB.

NB.

NB.

NB.

NB.

De
atione